



## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita


**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

Carmen Ad Nobilem, Excellentissimvmqve Virvm Dn. Henricvm Canisivm  
Noviomagvm I. V. D. Nec Non Ss. Canonum in celeberrima Ingolstadiensi  
Academia Antecessorem, officij ac benevolentię ergò à ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)



C A R M E N

AD NOBILEM, EXCELLEN-  
TISSIMUMQUE VIRUM Dn. HENRI-  
CUM CANISIVM NOVIOMAGVM I.V.D. NEC NON S.S.  
Canonum in celeberrima Ingolstadiensis Academia An-  
tecessorem, officij ac benevolentię ergo à nobilissi-  
mo Domino Simone de Labricq; Domino de  
Lanoy in Goehen, Leodio, I.V. studioso  
conscriptum,



Mnia Parca metit; paribus fors cuncta tenebris  
Condit, & alternas cogit obire vices.  
Ach! etiam Musas aeternum vivere dignas  
Insequitur lento mors inopina pede.  
Nec qua digna libris, nec libri à morte quiescunt;  
Eripiunt vitam fata voluminibus.  
Ista vides CANISI, & contra stas vindice pennâ,  
Eâ suis tumulis Nomina doctæ ruis.  
Et veluti Maia genitus de tristibus ymbris  
Umbras sub soles, ac in aperta trahit,  
Sic tu rabifer o raptos de pulvere libros,  
Et blattas calamo vlcisceris, atq; situm.  
Est operi merces: famam, quam reddis, habebis;  
Cedere & in partes laus aliena tuas.  
Quin ventura tibi quondam omnis concinet ætas:  
Vivat, qui vitam pluribus ipse dedit.